

LIBER PRIMVS

ea q̄ de cœlo secūdo q̄ de generatiōe & corruptiōe resumpsit: dicēs (adhuc aut̄ & de secundū superiorē lationem p̄notatis astris) Et hoc q̄ntū ad primū & secūdū librū de cœlo (& elemētis corporalibus quot & q̄) Hoc ad tertium & quartū referē (Et de ea q̄ inuicē p̄mutatiōe: & de generatiōe & corruptiōe oīum dictū ē prius) & hoc quo ad librū de generatiōe & corruptione. Et Alexander litterā Aristotelis exponēs ait Aristotelē in hoc principio ad nostrā reducere memoriā tractata de naturali negocio & ordinē ponere totius philosophiæ naturalis & primo recordari libri de naturali auditu: cū primus sit oīum: & de primis agat causis & principiis, tādē subdit (Quorū) scilicet attinentiū ad librū de physico auditu (Primo recordat. Scđo aut̄ de eo qd̄ de cœlo. in eo. n. dixit de astris secundum superiorē lationē ornate dispositis & de elementis corporalibus quot & qualia) & ulterius Alexander (Tertio aut̄ de eo qd̄ de generatiōe & corruptiōe. in hoc. n. dixit de p̄mutatiōe primorū corpōrū adinuicē. cum enim q̄siuisset de hoc ī tertio d̄ cœlo: ī iis q̄dem cōpleuit de hoc sermonē. Sed & de cōi generatiōe & corruptiōe ostendens q̄e & qd̄ est & in quo ab oīb; p̄mutatiōibus differt) Ex q̄bus oībus clare mōstratū est eius q̄ est secūda p̄s: priorē p̄ticulā esse librū de cœlo & mundo nūcupatū. posteriorem uero particulam esse librum q̄ de generatiōe & corruptiōe dicē. ī quo ea q̄ iā in libro de cœlo & mūdo īcepta & q̄sita fuerant in hoc de generatiōe ne complet & plura alia tradit. Hæc sufficiāt de ordine particulari secūdæ partis.

Ordo particularis tertiæ p̄tis & est liber metheororū cum sibi annexis.

Caput. III.

Ertia at̄ p̄s totius physici negocii ea est quā ueteres metheorologiā uocabāt: in se oīa inaiata composita tā p̄fecte q̄ nō plene mixta sed ad mixta p̄fecta tēdētia cōtinēs. cū. n. ab uno materiali principio cōmuni scilicet ex alatiōe fiant: in una & eadem ēt collocari debent parte. Ordo autem particularis huius tertiæ partis est ordo totius libri in se qui de metheorologia uocatur īcipiētis (de primis qd̄e igif̄ causis naturæ &c.) In quatuor uolumina diuisi. ī quorū prioribus ea docent q̄ īp̄fecte mixta sunt. hæc aut̄ sunt q̄ secundum plurimū in sublimi apparent. dehinc ea q̄ ex elementis quatuor inuicē refractis plene mixta sunt: q̄ pro maiori p̄te ī terra fiunt. ueluti lapides & metalla: de q̄bus ī genere qd̄em ab Aristotele ī fine tertiū agif̄ libri: ī particulari at̄ a Theofraſto eius discipulo q̄ de more suo tractata diffuse ab Aristotele p̄ceptore suo: breuibus semp̄ suis ī scrip̄tis expediuit. p̄termiſſa a p̄ceptore suo. uel breuiter decursata: ea diffuso sermone disputauit. Fuere ēt q̄ plurimē tā arabes q̄ latini qui de mineralibus tali ab eis noīe nūcupatis: tam quo a natura sola q̄ quo artificio: scilicet elixiri naturæ tamē principiis cooperātibus p̄ficiunt: diffuse satis & generatim & sumatim de unoquoq; recte p̄tractarūt: sed quæcūq; talia sint: & quouis mō: & a q̄bus uis tractata fuerint: ī eadē tertiā p̄te q̄ metheorologia dicitur cōphēndi debēt. Cū igif̄ d̄ xero librū de partibus aīaliū seq̄ debere mox post hunc librū metheororū intellige post hunc īmediate seq̄: aliorum tamē libris de lapidibus & metallis in particula in hoc libro metheororū cōphēnsis uel eidem annexis. siue. n. ultimā tertiæ p̄tis particulā d̄ xero esse d̄ lapidibus & metallis in genere siue in specie: nihil interest quoad ordinē & colligantiū huius tertiæ p̄tis cū ea q̄ est de aīalibus quarta. Et hæc breuiter de tertiæ p̄tis ordine dicta sint. Nunc ad partem quartam & eius plures particulas quæ de animalibus sunt deueniendum est.

Sectio quarta: & est ordo particularis quartæ partis q̄ est de aīalibus. Caput primum de duplici cognitione q̄ habetur de animalibus. s. quia est & p̄p̄ quid est: & q̄ in utraq; cognitione tria docentur. s. substantia. generatio. & uita cum morte. & eodem fere ordine.

Ordo autē particularis huius quartæ partis quæ est de animalibus plurimas ī se habet difficultates. eo potissime cum plurimi philosophorum licet in cæteris aprobatissimi in iis tamen non recto processerint calle. quæ quidem omnes dissoluentur si quædam prius instruenda proposuero. Dicemus igitur q̄ Aristoteles de naturalibus scribens res ipsas naturales quia sunt assumpsit & suis locis debitis ipsarum causas inquisiuit & assignauit. non enim pura & nuda contentus est historia: sed eorum etiam causas inquisiuit. Hoc autē patet ab Alexandro aphrodisiō: qui in principio libri metheororum hanc Aristotelis exponens dictionem. (secundum inductum modum) dixit. (Secundum subinductum modum) dixit: quia non historiam quandam nudā tradidit in p̄cedentibus. scilicet libro de physica auditione de cœlo & mundo & de generatione & corruptione (sed cum inquisitione & assignatione causarum uniuscuiusq; dictorū & cū demonstratione uoluit facere de ipsis theoriam sic ergo. Significat & de dicēdis fieri sermonem) scilicet animalibus & plantis: licet diuersis ī locis. Naturalium enim quædam sunt quorum: ipsum quia est: manifestum est. nam Cometarum pluuiarum grandinum metallorum lapidum ipsum quia fere omnibus notum est: quare nō seiunctim de iis quia sunt & propter qd̄ alia sint: speculari debent. Sed utraq; eodē in loco ac in eadē libri parte tradenda sunt: in qua enim p̄te Aristoteles yridem esse circularis figuræ similiter solis coronam & cætera talia narrauit: in eadē ac eodē libro causas inquisiuit: scilicet in libro metheororum. Cæterū cū aīalia ipsa similiter plātæ plurix sint: p̄tesq; suæ intrinsicæ extrinsecæq; ipsorū quoq; generationes: uitæ quoq; uictusq; plurimi sint ac diuersi: plurimasq; iter se hæc omnia habeant proprietates ac diuersas ut uix numero aliquo capi ualeant. Ex hoc coguntur sapientiæ amatores ī primis omnes ipsorum uires: suarū quoq; partium: operationum: generationum: ac uitarum proprietates: ī genere quodam & indistincte magis: recto ordine narrando solum: in unū historiæ modo claudere ambitum: quia talia sunt cōsiderando. deinde cuiusq; rei quia est iā cognitæ: illo fere eadem ordine: licet distincte magis: singulatim p̄ causas scientificè perscrutati hoc modo orta fuit animalium ab Aristotele & uegetabilium a Theofraſto duplex cognitionis duplicis traditio: una qua res ipsæ p̄fata cognitione quia sunt doceantur: & hæc historia dicitur. altera qua p̄p̄ qd̄ sunt instruantur. & hæc causarum theoria seu speculatio uel cōtēplatio dici debet. Dicimus igitur q̄ aīaliū cognitio duplex ē. una qa sunt. Altera p̄p̄ qd̄ talia sunt. utraq; tū eadē ac eodē fere p̄tractat ordie licet modis ac libris diuersis. Nā de ipsa qa sunt ī historiæ libro tradit narrādo potiusq; cās īgrēdo

LIBER PRIMVS

communi quadam & indistincta de animalibus doctrina. In reliquis autem tredecim libris: narratorum in histo-
 riis eodē fere ordine licet distincte: magis: nunc suā unicuique particulariter nunc plurium cumulatim in unum
 conuenientiū cām inquirat, de quo scemate. In primo de historiis cū sub quadā cōpendiosa formula ea pposu-
 set q̄ in posterū subtilius discutienda essent in fine sue formulæ ait. (Hæc ita i p̄sentiarū formula exposuisse qua-
 dam p̄gustandi gratia placuit, uidelicet ut q̄bus de rebus tractandū & q̄renus esset p̄sequendū itelligeret, post
 acuratus de iisdē diseremus. Ut primū differentias atq; accidentia q̄ iuncta cuiq; sunt accipiamus, deinde ad eo-
 rum cōperiendas causas euitamur. Ita, n. effici pōt ut uia rōneq; docēdi utamur naturæ cōgrua, cū cōmentatio
 singulorū antecedit, hinc, n. aperit q̄bus nā de rebus & ex q̄bus effici demonstrationē oporteat.) In secundo etiā
 de partibus aīaliū ait (Ex q̄bus nā & quot mēbris singula aīalia cōstarent libris historiæ q̄ de iis scripti a nobis
 sunt planius explorauimus: nūc q̄s ob causas quæq; ad hunc modū ita se habent cōsideremus, ita ut oīs ratio se
 iuncta ab iis q̄ p̄ historias exposuimus tractetur) q̄ igit̄ in historiis de aīaliū cognitiōe q̄ sunt istructa sunt: hæc
 fere eadē & eodē fere ordine nō solū de p̄tibus dixero sed & de reliq; aīalium scibilib; i cæteris libris tredecim
 p̄ causas cognitiōe p̄ qd̄ seiunctim ab historiis inq̄runt & instrunt. Hoc ēt palā fit ex ep̄logo generali posito
 in fine libri de motu in cōi quo scribit̄ (de p̄tibus quidē igit̄ uniuscuiusq; aīaliū & de aīa adhuc aut̄ & de sen-
 su & memoria & somno & cōi motu diximus causas, Reliquū aut̄ de generatione dicere) De quibus igit̄ i histo-
 riis sola fuerat sine causarū inq̄sitiōe facta historia: in iis aliis tredecim libris de eisdem inq̄sita & assignata
 fuere causæ. In libello ēt de p̄tibus ad motū aīalibus necessariis: qui de p̄cessu ab aliquibus aīaliū inscribitur: post
 quorūdā narrationē i illo tractandorū libro: quonā mō de eis i historiis tractatū sit: & quō i hoc libello sup̄sit de
 eis tractandū i principio exponit dicēs (Quod qdē, n. sic cōtigit manifestū est ex historia naturali, p̄ qd̄ autem
 nūc cōsiderandū. Quare tota de aīalib; doctrina in historiis tradita ē, tota quoq; in reliq; tredecim libris. Cæ-
 terum illic q̄a talia sunt, & indistincte magis, uia quoq; cōiori, in reliq; tredecim distinctius rerum causas inq̄-
 rendo, Capit̄ hic historia p̄prie nō aut̄ lato uocabulo, quā latitudinē tertio de cœlo & mundo sumpsit cū dixit
 (Manifestū quia de natura historiæ plurimū accidit de corporib; esse.) & p̄rio libro d̄ aīa (p̄ utraq; hæc aīa hi-
 storiā rōnabiliter utiq; in primis ponemus) lato, n. uocabulo scientia in libro de aīa & i cæteris de natura libris
 causas inq̄rētib; historia d̄, cū i oībus p̄ter aīaliū ac uegetabiliū historias rerū causæ inq̄rant: qd̄ potius scīa
 q̄ historiæ p̄prie ē. Tria aut̄ sunt q̄ de aīalib; in historiis & theoria causarū tractat̄ & eorū fere ordine, substan-
 tia p̄rio aīaliū siue essentia cū suis op̄atiōib; p̄prie seu p̄p̄inquirib; generatio sc̄do. Tertio uero uita & mors
 cū sibi cognatis: eorū q̄ aīalibus a sola natura eueniūt oīum ultia, iis tamen a sola natura euenientib; expeditis:
 si quo mō ad ea q̄ nō sola natura: sed arte quoq; adm̄strante p̄cedūt fiat trāsitus: nouū aliud par cōtrariorū no-
 bis se offert, posterioe adhuc magis tractationē postulās, uidelicet lāgor & sanitas. Tria igit̄ sup̄ius dicta, s. sub-
 stātia cū op̄atiōib; p̄prie generatio: & uita cū morte & sibi cognatis cū sanitate & ægritudine ambobis artifici-
 um quoq; mō attingētib; de aīalib; narrat historia (de eisdē licet distincte magis & eodem fere ordine: causæ in-
 quirunt. In octauo, n. de historiis sic scribit̄ (Generatio & reliq; aīaliū natura ita se habet.) Hoc quātum ad ep̄lo-
 gū substātiæ & generatiōis iā expeditarū.) Actiōes at̄ et uitæ p̄ morib; uictuq; differūt. (Hoc quātū ad uitam
 quā tertio p̄sequit̄ loco, Theophrastus ēt sui p̄ceptoris sequēs uestigia tria p̄fata docet in historiis de plātis: dicēs
 in principio (plātārū differentias reliquāq; naturā ex p̄tibus & affectionibus.) Hoc quātū ad essentiā plantarū:
 cuius ps sunt ipsæ plātārū p̄tes & quātū ad earū passiōes (generatiōib;) hoc quātū ad secūdū qd̄ ē generatio. (Vi-
 taq; petere oportet) hoc de tertia tetigit p̄te. Ex iis liquet tria p̄dca, s. substātiā: generatiōē, & uitā cū p̄fato illo
 ordie ab Aristotele in historiis aīaliū: & eadē tria in causarū theoria: tredecim libros cōtinēte: tradita fuisse. Cogno-
 scit̄ ēt hic ordo ex naturali rerū p̄cessu & ordine. Essentia, n. rerū natura prior ē: post hæc generatio ipsa p̄cedit
 dehinc uita, tandē mors oīum extrema, generatio, n. talis fit qualē ipsa aīalium essentia p̄mittit: ad modulum, n.
 substātiæ regē fit generatio, prior enim simpliciter est ipsa substātia generatione, dicente Aristotele i primo de
 partib; aīalium: cōtra eos q̄ solā in cā posuere materiā. (Latere at̄ ne illud quidē oportet an ita agendū quēadmo-
 dū priores auctores qui quō res quæq; fieret q̄ quō esset tractare maluerūt, nō, n. iter hæc parum interest: sed, n.
 exordiendū qd̄ dictū iā est, ut primum res p̄sequamur q̄ quoq; in genere p̄spectiores p̄optioresq; habent: deinde
 causas reddamus, & generatiōē) disputanda, n. est prius substātia siue essentia q̄ generatio, quoniā ea prior est
 secūdū naturā quod idē approbat in principio quinti de generatione aīalium cum dicit, (Etenim ut i initio di-
 sputationis nostræ dictum est nō quia tale quid gignitur quoq; ideo tale quid est, s. in iis quæ statuta diffinita &
 certa naturæ sunt opera: sed potius quia tale est: licet talē & gignit̄, substātiā enim generatio sequitur & sub-
 stātiæ gratia est: non ipsa generatiōem. (In historiis igitur & causarum theoria eadem tria & eodem fere p̄di-
 ne p̄tractant̄, s. substātia cum suis operationibus propinquis primo, generatio secūdo. Tertio uero loco uita cū
 morte omnium ultima, in his enim tribus consimilia sunt, ab historiis, n. tanq̄ a proposito exemplari quodam
 lineationibus de articulatis distinctissimam: figuræ Cæsaris indistinctæ magis supperposueris, sic enim pars ali-
 qua alicui parti licet indistinctæ & tota figura toti figuræ & eodem fere ordine correspondent, diximus (fere) eo-
 q̄ in nonnullis licet p̄ucis sit ordo diuersus quod in posterum demonstrandus est. Quod igitur cognitio
 quia est & cognitio propter quid de animalibus & plantis seiunctim doceri debeant: in cæteris uero naturali-
 bus non seiuncti sed eodem in loco simul: & q̄ ii duo modi cognitionis ab Aristotele de animalibus agente tra-
 diti sint scilicet quia est in historiis: & propter quid est in cæteris tredecim libris: & quod eadem tria & eodem
 fere ordine in utrisq; dicantur scilicet substātia primo: cum suis operationibus propriis, generatio secūdo, ter-
 tio loco uita cum morte: ex iam disputatis palam factum est, quibus p̄cognitis nunc ad ordinem ipsū quar-
 te partis particulariter accedamus.